Styrac. calam ana ʒij.
Axung. porc. ℥ß.
Ceræ ac Tereb. ana q. s.
M. f. l. a. Emplastrum emolliens.

CAPUT V.

De Remediis epicerasticis, edulcorantibus, &c.

§. 1.

QUæ ad corrigendam humorùm qualiumcunque acrimoniam salinam plus minus corrosivam, sensumque exasperatum fibrarum membranacearum retundendum, efficacia deprehenduntur remedia, generali *Epicerasticorum*, atque *Temperantium* nomine venire solent, appellantur tamen etiam *Edulcorantia* vel *Dulcificantia*. Optimè hæc distinguit *Clariss. Mangoldus*, in *Ideâ Materiæ Medic. tripartitâ*, in *communia* & *propria*, quorum illa cuilibet acrimoniæ & salsedini Humorum emendandæ, hæc autem nonnisi certæ acrimoniæ salinæ in specie corrigendæ inserviunt, utraque tum respectu principiorum, tum qualitatum suarum multum diversa, quæ proin à medico studiosè sunt discernenda, siquidem pro variâ Morborum indole & causâ, modo hæc, modò illa, ad scopum dulcificationis eligenda veniunt. *Definitio & Synonymia.*

§. 2. Ad hanc Classin primò referimus illa, quæ principio potissimum terreo, alcalino pollent, quorum particulæ sunt porosæ, quæ intra corpus humanum admissæ Humorum acredini resistunt, acidas, salinas, acutas moleculas absorbendo, imbibendo, obtundendo, vel etiam invertendo, quæ proin specialiùs *Absorbentia*, *Imbibentia*, *Invertentia*, *Absorbendo edulcorantia.*

tia, interdum etiam *Præcipitantia* dici merentur. Cujusmodi sunt ex regno animali, *Oculi Cancr.ppt. Chelæ Cancr.ppt. C.C. ust. & ph.ppt. Spod.ex Ebor.ppt. Mat.Perl.ppt. Margarit.ppt. Conch ppt. Testæ Ovor.ppt. Mandib Luc.pisc.ppt. Dent.Apri ppt. Dent.Hippopot.ppt. Testæ Cochlear.ppt. Lap.Carpion.ppt. Cran.hum.ppt.*&c. Ex regno minerali *Bolus armen. ppt. Bolus vulgaris, Terra sigill. Lemn. Creta colon. ppt. Creta rubr. Lac Lunæ, Lap. hæmat.ppt. Crystall. alb. ppt. Corall. rubr. ppt.alb.ppt. Unicorn.foss.ppt. Ebur.foss. ppt. Lapid. 5. pretios.ppt. Lap. spongit. Judaic. Lync. Limat. Mart. subtil. Croc. mart. aperit. Chalybs cum Sulph. ppt. Croc. martialis adstr. Panacea solut. alcal. Antimon. diaph.Bezoard.min.Spec.antihect. Poter.stomach. ejusd. Diaphor. solare, lunare, martiale, jovial, Sacch. Saturni, Antimon. crud. Cinnabar. nat. opt. Antimonii corr.* Ad usum externum pertinent *Nihilum alb. Tutia ppt. Plumbum ust. ac lot. Lap. calam. ppt. Creta, Farina* &c. Ex quo apparatu omnivariæ formulæ parantur, *Pulveres, Pilulæ, Trochisci, Rotulæ, Electuaria, Boli,*&c. quorum usus in *soda stomachi, Cacochymia sanguinis scorbuticâ, Febribus, Venenis*, aliisque affectibus à Humorum acrimoniâ oriundis est probatissimus.

§. 3. Deinde huc spectant ea Vegetabilia, quæ sale alcalino fixo, ut & quæ insuper blando aromatico principio gaudent, cujusmodi sunt promiscuè *Radices Filicis, Chinæ, Sarsæpar. Cortices & Ligna Sassafr. Guajac. Juniper. Herbæ & folia 5. capillar. Lichen. petr. Pilosell. Alchymill. Sanic. Pyrol. Veron. Pervinc. Beton. Nummular. Virgæ aur. Tussilagin. Hyperic. Plantag. Scabios. Linguæ cervin. Thée, species Thée helvet. Flores Papav. rh. Bellid. min.* ex quo selectu parantur *Conservæ, Syrupi, Extracta, Aquæ dest. Infusa, Decocta, Juscula*, &c. Cujusmodi species

ſpecies virtute ſalis fixi alcalini, reſiſtunt acido in Humoribus latenti, illudque infringendo, hebetando, corrigunt noxas ab illius prædominio dependentes, quæ dein ulterius aromatico principio blando gaudent, ſicut Lign. Saſſaphr. &c. ejus vi particulas Humorum diſſolvunt, attenuant, ſicque motum ſanguinis, indeque dependentes varias Secretiones promovent. Adeoque in Cacochymia ſalſâ, acidâ, & affectibus hinc oriundis proficua eſſe obſervantur.

Formulæ abſorbendo edulcorantium.

℞. *Corall. r. ppt.*
Ol. 69. ppt. ana ℥ß.
Matr. Perl. ppt. ʒij.
Bol. arm. ppt. ʒiß.
Sem. Aniſ. ʒß.
Sacch. cand. alb. ʒvj.

Miſc. f. Pulv. ſubt. detur in ſcat. Ut m. & v. ʒj. vel ʒij. capiantur. Vel

℞. *Limat. martis ſubtil.* ℥ß.
Oc. 69. ppt.
Spec. ſtom. Pot. ana ʒj.
Sal. Abſynth.
Cinam. acut. ana ʒß.
Sacch. alb. ad pond. omn.

Miſc. fiat. Pulv. ſubt. detur in ſc. ſumendus ut præcedens. Vel

℞. *Panac. ſol. alcal.* ℥iß.

Fiat p. ſ. div. in 12. doſ. æqu. ad ch. Ut ſingulis m. & v. una capiatur.

℞. *Cret. Colon. ppt.* ℥j.
Ol. Cancr. ppt.
Corall. r. ppt. ana ʒij.
Bol. arm. ppt. ʒj.

Nuc. mosch. ʒß.
Sacch. rosat. ℥j.

M. f. Pulv. s. d. in scat. ut in Sodâ ʒij. capiantur.

℞. *Matr. perl. ppt.*
Spod. ex Ebor. ppt.
Ol. Cancr. ppt.
Corall. r. ppt. ana ʒij.
Conf. alk. inc. ʒvj.
Sacch. alb. Aqu. R. sol. ℥vj.

M. f. l. a. Rotulæ dentur in scat. ut capiantur pro lubitu.

℞. *Conf. Lich. petr.*
Bell. min. ana ℥j.
Cond. rad. Symphyt. ℥ß.
Spec. Antih. Pot.
stom. ejusd. ana ʒij.
Syrup. Viol. q. s.

Misc. fiat Elect. detur ad Pyxid. Ut sing. 3. horis magnitudo nucistæ capiatur.

℞. *Aqu. Plantag.*
Agrimon. ana ℥ij.
Syrup. Cap. Ven. ℥ß.
Antim. diaph. ℈ij.
C. C. ppt.
Ebor. ppt. ana ℈j.

Misc. detur ad Vitr. Ut sæpius duo cochlearia plena capiantur.

℞. *Herb. Sanic.*
Veron.
Pyrol.
Alchymill.
Summ. Hyperic.
Flor. Bellid. min. ana Mj.

Incis. coqu. in Aqu. font. q. s. igne blando, Colatura

latura ℔iv. *detur ad Vitr.* Ut ſingulis m. & v. cyathus ℥iv. hauriatur.

℞. *Rad. Chin. Sarſæp. ana* ℥iß.
Liquirit. ʒvj.
Lign. Saſſaphr. ℥iij.
Guajac. ℥j.
Sant. Citr. ℥ß.
Sem. Aniſ. Fœnic. ana ʒij.
Paſſul. minor. ℥iß.

Inciſ. & cont. coqu. in Aqu. font. ℔xvj. *ad conſumptionem medietatis, Colatura detur in Vitr.* Ut ſingulis 6. horis ℥iv. hauriantur.

℞. *Fol. Sanicul. Agrimon.*
Pervinc. Pyrol.
Alchym. Lingu. cerv.
Hepat. nob.
Cap. Ven. ana M j.

Inc. miſc. dentur in ch. Ut inſtar Thée adhibeantur bis quotidie, cum aquâ fervente & ſaccharo.

§. 4. Secundum ordinem hujus Claſſis conſtituunt ea remedia, quæ inviſcando, obliniendo, demulcendo potiſſimum in corpore humano operari videntur, cujuſmodi ſunt vel *Mucilaginoſa*, ut *Radix Alth. Malv. Symphyt. Herba Lich. petr. Alth. Malv. Flores Malvæ arbor. Semen Cydon. Pſyll. Hordei, Gummi Tragacanth. Arab. Gelatina* C. C. &c. Vel *Viſcoſa dulcia*, ut *Radix Liquirit. Polypodii*, Fructus varii, *Paſſulæ maj. & min. Caricæ, Jujubæ, Sebeſten. Dactyli, Siliqu. dulc. Pruna dam. Ceraſa, Mel, Saccharum, Manna, Syrupi* ex herbis ſuperioribus parati, ut *Syr. Bellid. Lich. petr. Viol. Cap. Ven. Pap. rh. de Liquir. de Jujub.* &c. *Looch. de Farfar. de Pulm. Vulp. Diacodium ſimpl. vel Mont. Mel roſac. Succus Liquirit.* Vel *Oleoſa*, ut *Oleum Olivar. Lini*, *Inviſcando, demulcendo edulcorantia.*

Lini, Amygd. dulc. Axungia canin. vel quævis alia, *Sperma Ceti, Butyrum rec. Lac pingue, Cremor. Lact. Nuclei Amygd. dulc. exc. Pinear. Pistaciar. Persicor. Avellanar. Semina* 4. *frigida majora.* Vel *Balsamica, gummosa, resinosa,* ut *Myrrha, Thus, Succinum, Terebinthina, Balsamus indicus albus & niger, Bals. Tolut. Opobals. Balsamus Arcæi, Locatelli,* aliorum. Quæ species omnigenam & præparationis & compositionis varietatem admittunt, dum aliquæ per se adhibentur, aliæ in forma *Infusi, Jusculi, Decocti, Condituræ, Mucilaginis, Eclegmatis, Emulsionis, Balsami,* &c.

§. 5. Hoc genus medicamenta pro indole suorum elementorum, si intra corpus assumantur, partes solidas obvias, putà stomachi & intestinorum tunicam interiorem, dein Vasorum & meatuum, in quos deferuntur, parietes lubricant, relaxant, partes autem fluidas ita afficiunt, ut si scateant nimium salinis, acribus, volatilibus moleculis, has mucilagine suâ involvant, obtundant, infringant, unde Massa universa humoralis temperatur, & subjugato acrium prædominio in statum dulciorem convertitur. Quapropter in variis Morbis salubrem effectum præstare observantur, in *Venenis* quocunque casu illapsis, in *Dysenteria, Ulceribus, Vulneribus, Phthisi, Hectica, Atrophiâ, Scorbuto, Nephritide, Raucedine, Tussi,* & aliis pluribus.

Formulæ inviscando edulcorantium.

℞. *Herb. Lich. petr.*
Flor. Bell. min. ana M j.
Lact. Vaccin. vel
Caprill. vel
Asinin. ℔ ij.

Ebul-

Ebulliant invicem, Colatura Saccharo edulcorata hauriatur calidè pro dosi matutinâ, pergendo ad multas hebdomadas.

℞. *Olei rec. Olivar. vel*
Lini, vel
Amygd. dulc. ℥iij.
Syrup. Violar. ℥iß.
M. detur ad V. prodosi matutinâ.

℞. *Tereb. vitell. Ovor. solut.* ℥ß.
Syrup. dialth. Fernel. ℥iß.
Aqu. Malv. ℥ij.
M. detur. ad Vitr. ut aliquot vicibus unâ die capiatur.

℞. *Rad. Alth. Malv.*
Liquirit. ana ℥ß.
Herb. Lich. petr. Miij.
Sem. Anis.
Fœnic. ana ʒij.
Pass. major. ℥j.
Incis. & cont. coqu. in Aqu font. q. s. Colatura ℔iv. *cum Album. Ovor. clarif. detur ad Vitr.* ut sing. m. & v. cyathus hauriatur.

℞. *Gelatin. C. C. adhuc calent.* ℥viij.
Amygd. dulc. rec. exc. ℥j.
Misce in mortario instar Emulsionis, Colaturæ expressæ addendo
Confect. alkerm. ℥ß.
Syrup. Cydon. ℥ij.
M. detur in Pyxide. Ut pro lubitu inde cochleare plenum capiatur.

℞. *Syr. Pap. rh.*
de Liquirit. ana ℥iß.
Ol. Amygd. dulc. rec. ℥j.
Sperm. cet. rec. ʒij.
Spec. diatrag. fr. ʒj.

Misce f. Linctus, detur ad Pyx. ut sæpe cochleare plenum capiatur.

℞. *Mucil. Sem. Cydon.* ℥iß.
Syr. dialth. Fern. ℥ij.
anodyn. ℥j.
Misc. detur ad Vitr. ut cochleatim sumatur.

℞. *Rad. Alth.*
Fol. Lich. petr. ana ʒij.
Sem. Cucum.
Anis. ana ʒj.
Flor. sulphuris ℈ij.
Sacch. cand. alb. ℥iß.
Misc. fiat Pulv. subt. d. in scat. Ut singulis sex horis duo cusp. cult. pleni sumantur.

℞. *Sperm. Ceti rec.* ʒij.
Sacch. cand. alb. ℥j.
Misc. f. Pulv. subt. detur in scat.

Diluendo e dulcorantia.

§. 6. Tertium ordinem hujus Classis occupant ea, quæ principio maximè aqueo gaudent, ejusque virtute meatus Corporis irrigare, lubricare, Humores autem diluere, & salsedinem illorum debilitare, adeoque per modum dilutionis suam operationem absolvere solent. Hujusmodi sunt *Aqua fontana pura*, vel *panata, ferrata, hordeata*; item *Aquæ minerales* diversi generis, *martiales, vitriolicæ, sulphureæ, argillaceæ*; *Acidulæ Sualbacenses, Petersdalenses, Egranæ, Sultzbacenses, Mauritianæ*, aliæ; *Thermæ Fabariensis, Plumbariensis, Badenses, Habspurgenses, Carolinæ*, &c. Aquæ destillatæ quævis ex herbis non aromaticis & non odoriferis, ex. gr. *Aqua Plantag. Agrimon. Scabios. Veron. Cichor. Tarax. Lactuc. Endiv. Portulac. Nymph. Borrag. Euphras. Succis.* &c. *Decocta vulneraria, Lignorum, Emulsiones, Julepi, Potiones, Juscula carnea, Infusum Thée, Coffée,*

Lac

Lac bubulum, caprillum & asininum, Serum Lactis tamar. Ex quo apparatu variæ formulæ concinnari possunt *Potionum, Emulsionum, Decoctorum, Juleporum*, &c. in *Febribus continuis* & *intermittentibus*, *Intemperie cholericâ*, *salsa*, & multis affectibus à salium prædominio oriundis probatæ.

Formulæ diluendo edulcorantium.

℞. *Herb. rec. Cichor. hort.*
*Fragar. ana M*j.

Inc. coquantur in Jusculi carnei ℔j. *colatura expressa calidè hauriatur pro dosi matutinâ, quotidie repetendâ.*

℞. *Lact. vaccin. vel*
Caprill. ℔ij.
Pulp. Tamarind. rec. ℥ß. *vel*
Crem. Tartari ʒj.

Ebulliant invicem usq; ad Lactis coagulationem, Colatura hauriatur pro dosi mat. quotidie repetendâ, per plures hebdomadas.

℞. *Rad. Sarsæp. Chin. ana* ʒij.
Liquir. ℥ß.
Sem. Anis. Fœnic. ana ʒiß.
Passul. minor. ℥iß.
Rasur. C. C. ʒiij.

Inc. & cont. misc. d. in ch. Ut exinde manipulus cum Aqu. ℔vj. coquatur pro potu ordinario.

℞. *Rad. Fragar. Cichor. ana* ℥j.
Herb. Agrimon.
*Scabios. ana M*ij.
Lign. Sassaphr. rasp. ʒvj.
Pass. minor. ℥j.

Inc. coqu. in Aqu. font. ℔viij. *ad quartæ part.*

con-

consumptionem, Colatura singulis 6. horis ad cyathum ℥iv. adhibeatur.

℞. *Sem. 4. frig. maj. ana* ʒij.
Aqu. Plantag. vel
fontan. ℥viij.
Fiat l. a. Emulſ. colaturæ adde
Jul. roſac. ℥iß.
Ol. Cancr. ppt.
Matr. perl. ppt. ana ℈ij.
Miſ. d. ad Vitr. pro 4. doſibus, intervallo trihorii capiendis.

℞. *Amygd. dulc. rec. exc.* ℥j.
Nucl. Pinear.
Piſtac. ana ʒij.
Aqu. Borrag. ℔j.
F. l. a. Emulſ. cui add. Sacch. qu. pl. ut pro lubitu hauriatur.

℞. *Aqu. Lact. Plant. ana* ℔j.
Syr. Violar. l. Pap. rh. ℥iij.
Spir. Vitr. q. ſ. ad grat. acid.
Miſc. f. Julep. detur ad Vitr. Ut pro lubitu bibatur.

℞. *Aqu. Portul.*
Endiv. ana ℥iij.
Syr. Viol. l.
Cap. Ven. ʒvj.
Antim. diaph.
Corn. C. ph. ppt. ana ʒß.
M. detur ad Vitr. Ut ſæpe cochleatim, vel duabus vicibus m. & v. capiatur.

CAPUT